



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla XXXI. Eum qui certus est, certiorati ulterius non oportet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

nam summam sequemur, *l. Inter 38, D. De re jud. l. Diu proferre 27, § si plures D. De recept. arb.*

Non minus & ad pœnales constitutiones hæc Reg. producitur; quæ quandoque dubiam interpretationem habent, nunc severiorem, nunc mitiorem, ut ea, quæ mitior, id est, minima est, à Judice eligatur, *secundum cap. In pœnis inf. eod. Et l. Interpretatione 43, D. De pœnis. Cui consequens est, ut, si in delinquentem simpliciter pœna capitalis sive capitis à lege constituta sit, non mortem, sed exilium, hoc est, aquæ & ignis interdictionem intelligamus; nam utraque pœna capitalis est, eò quòd eximat caput, id est, civem de civitate, *l. 2, D. De publ. jud. Vnde Jul. Clarus in pract. crim. quæst. 67. in princ.**

Adversus Regulam nostram objicitur textus in *l. Etiam 43, D. De usufr. ubi bonorum usufru-*

ctus parte legatâ, intelligitur in dubio dimidia pars. At juxta Regulam nostram non dimidia, sed minima pars accipienda esset. Sed non difficilis responsio est, quia pars ex propria significatione sua æqualem partem designat, legitur dimidium; nisi ubi specialiter certæ partis mentio facta est, *l. Nomen 104, §. D. De verb. signifi.*

Item objicitur textus in *l. Legato generaliter 37, D. De legat. 1, quo legato hominis relicto non optimus, acque pessimus, sed mediocris præstatur. Sed hoc evincit, ne si legatario pessimus detur, non tam officiosus commodo, quàm incommodo, contra voluntatem defuncti, quam plebiscitis interpretari solemus, *l. In testamentis D. hoc tit. Cætera hic persequere apud D. Peckium, & quæ infra eodem dicam, ad e. Contra eum 58, quòd huic conjugendum est.**

R E G V L A XXXI.

Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet.

Exempla hæc accesserunt ex *c. Si duobus 7. Ext. De appellat. ex cap. fin. Ext. De locato, ex l. 1. in fin. D. De action. empti. Et aperta ratio est, quia id frustra fieret. Ubi tamen ad alium effectum principaliter, quàm scientiæ agitur, alia certioratio requiritur: veluti, ad inducendam contumaciam contra reum absentem tribus edictis opus est; nisi forte uno peremptorio citaretur, quòd Jdex potest, *l. Contumacia 53, D. De re jud. junctâ l. Ad peremptorium 68, cum aliquot ill. seqq. D. De judic. Item contra Clericum delinquentem, antequam is clericali privilegio exui possit, tria monita exiguntur, *cap. Contingit 45, Ext. De sentent. excom. junctio cap. Constitutionem 10, eod. tit. in 6. Item, qui à Jdice Ecclesiastico excommunicandus est tertio***

quoque præmoneri debet, *cap. Sacro 48, Ext. De sent. excom. junctio d. c. Constitutionem*; siquidem ad convincendam contumaciam hæc toties repetuntur; nõ verò, ut qui ex primo vel secundo edicto sive monitione, jam certiores facti sunt, iterum certiorentur. Pari ratione ubi pro solemnitate certioratio requiritur, non sufficit scientia; ut in testamentariis testibus, qui non nisi rogati testamentis adhibentur, *l. Harides 21, §. pen. D. Testament. Auth. Rogati C. De testib. & in venditore, qui evictiois nomine non tenetur, nisi antè emptor intentatam sibi litem illi denuntiaverit, *l. Emptor fundi 9, cum l. seq. C. De evict. c. fin. Ext. De empt. & vendit.**

R E G V L A XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit.

Eiusdem sententiæ est Regula Ulpiani: *Non debet actor licere, quòd reo non permissum est, l. 41, D. hoc tit. Si enim favorabiliores sicut partes ipsius rei, quàm actoris, *l. 125, D. hoc tit. prole. Ad actori minus permittenda est, quòd reo non permittitur. Cujus rei elegans rescriptum extat in cap. 2. Ext. De mutuo per. quo responsum est à Cælest. no III. ut à instituta causa, quæ remota appellatione delegata est, reus eundem actorem**

coram eodem Jdice reconveniat, hanc reconventionem similiter peragendam esse, ut neque actori in causa reconventionis appellare liceat. Cum actoris & rei, inquit, eadem sit conditio: *Et si reus desiderat actor, ut sibi juxta mandatorum rescriptum justitia fiat, appellatione remota, eodem modo reconvenienti debeat in sua justitia respondere. Quâ ratione Ulpianus, cum antea in reo respondisset, ne is postea appellationem mutare procuratorem, vel in se*

licet